

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula facultatis pro ecclesiastici commorandi ob aliquam causam extra  
Dioecesim.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

## Formula alia eiusdem generis.

**C**arolus &c. Superioribus proximis diebus necesse habuimus Reuerendiss. D. Hieronymi Episcopi Laudensis Prouincialis nostri opera, industria, con filioque vti; cum ad alia quædam certa grauiaque negotia, tum verò ad fori Metropolitani nostri reformationem. Quā ob rem ad nos eum literis & nuncijs euo cauimus. Cum verò ob eam causam, atque ob inualetudinem etiam suam, ab Ecclesiæ sibi commissæ statione quinquaginta ipsos dies abfuerit: nos & illius absentiā, & absentiæ causam, hafum literarum auctoritate comprobamus. In cuius rei testificationem, his, sigillo Archiepiscopali S. Ambrosii obfignatis, nos manu etiam nostra subscriptimus. Dat. &c.

## Formula facultatis pro Ecclesiasticis commorantibus extra Diœcēsim ob aliquam causam.

**C**arolus &c. Dilecto nobis in Christo Reueren. Presbytero N. nostræ Mediolanen. diœcesi salutem in Domino. Precibus Reuerendiss. D. Episcopi N. comprouncialis nostri annuere volentes, Tibi, qui suæ Ecclesiæ inseruire cupis, ut extra hanc nostram diœcēsim per annum commorari liberè & licite possis, concedimus; Teque insuper non excommunicatum, suspensum, interdictum, aliove Ecclesiæ censuræ vinculo irretitum esse hoc tempore (quod quidem nos sciamus) omnibus Christi fidelibus per presentes testatum facimus. In quorum &c.

## Formula literarum absentiæ causa studij intra diœcēsim.

**C**arolus &c. Tibi N. diacono, canonicatum obtinenti in Ecclesia S. N. harum literarum auctoritate facultatem damus, ut ab ea Ecclesia, in qua residere, cuique inseruire debes, abesse licet causa studij, cui in uniuersitate Brai deni Mediolani operam nauas. Hanc autem facultatem per annum tantum tibi suffragari volumus his conditioni-

bus. Primo, vt vbi has absentiæ facultates literis nostris acceperis, R.D.N. pfectum studiorum vrbis conuenias, & pfectum item regionis in qua domicilium habes, vel habiturus es, & illis huius facultatis exemplar exhibeas: tum vt quamdiu hic fueris, ad nostri concilij provincialis primi pœcriptum bis in singulis mensibus, vni ex iis Sacerdotibus, quos ad clericorum confessiones audiendas constituimus, peccata tua confessus, sacram Eucharistiam intra missæ maioris solemnia in ea Ecclesia sumas, cui adscriptus es, vel iusu nostro adscriberis: tum etiam vt tonsuram, habitumque clericalem nostris conciliaribus decretis tui ordinis pœcriptum domi foris que deferas: tum præterea vt diebus festis & solennibus frequens interfis solenni missæ sacro, & vesperū officio, in Ecclesia quam tibi pœscripterimus, in qua etiam functiones pro sacri ordinis ratione quo proximè initiatus es, pœstis: Pro habitatione autem, eo loco utaris, quem scripto probauerimus. De his autem singulis pœscriptis rebus at pœstitis in singulos menses scriptum testimonium ab eodem regionis pœsto nobis afferas atq; exhibeas: De tu verò in literarum studiis progressione, doctoris quem audis, de morum probitate, parochiæ intra cuius parochiæ fines habitat, testimonium scriptum atq; ob signatum nobis des. quod si in his tibi per nos pœscriptis rebus ipse nulla legitima causa impeditus defueris, has nostras litteras tibi nullo modo suffragari declaramus ac decernimus. Dat. &c.

## Formula literarum absentiæ causa studij extra diœcēsim.

**C**arolus &c. Tibi N. diacono, canonicatum obtinenti in Ecclesia sancti N. harum literarum auctoritate facultatem hanc damus, & concedimus, ut ab ea Ecclesia, in qua residere, & cui inseruire debes, absis liceat causa studiorum, quibus Papiae in gymnasio publico iam annum operam nauas. Hanc verò facultatem per annum item tibi suffragari volumus his conditionibus: vt decem post diebus, quam illuc veneris,

Reue-